



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

D[omi]nica tertia. S[e]c[undu]m luca[m]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

fecit cenam magnam et voca-  
uit multos: et misit seruum suum  
hora cene dicere inuitatis ut  
venirent quia iam parata sunt om-  
nia. Et reliqua. **Omelia beati  
Gregorii**  
**N**oc distare fratres in deliciis corpo-  
ris et cordis solet quod corpo-  
rales deliciae cum non habent  
grauem in se desiderium accen-  
dunt. cum vero habite edunt  
comedentem protinus in fa-  
stidium per satietatem vertunt.  
Tu autem domine. **Lectio vij**  
**E**t contra spirituales deliciae cum  
non habentur in fastidio sunt  
cum vero habentur in deside-  
rio tantoque a comedente am-  
plius esuriuntur quanto et ab es-  
suriente amplius comeduntur.  
In illis appetitus placet: ex-  
perientia displicet: in istis au-  
tem appetitus vilis est experie-  
ntia magis placet. In illis ap-  
petitus saturitatem: saturitas  
fastidium generat: in istis autem  
appetitus saturitatem sati-  
tas appetitum parit. Tu autem.  
**A**ugent enim spirituales. **Le. ix**  
deliciae desiderium in mente dum  
satiant. quia quanto magis earum  
sapor percipitur eo amplius cog-  
noscitur et avidius amatur: et  
ideo non habite amari non  
possunt. quia earum sapor igno-  
ratur. Quis enim amare valeat  
quod ignorat. Tu autem. **Cap**  
**C**harissimi Nolite mirari si

odit vos mundus: nos scimus  
quia translatus sumus de morte ad  
vitam quam diligimus fratres  
Deo gratias. **Collecta.**

**S**ancti nominis tui domine timo-  
rem pariter et amorem fac nos  
habere perpetuum: quia nunquam tua  
gubernatione destituis quos  
in soliditate tuae dilectionis in-  
stituis. Per. **De euang. an.**

**H**omo quidam fecit cenam mag-  
nam et vocauit multos. et mi-  
sit seruum suum hora cene di-  
cere inuitatis ut venirent quia  
omnia parata sunt alii. **an.** Et ci-  
to in plateas tyicos ciuitatis  
et pauperes ac debiles cecos et  
claudos compelle intrare ut im-  
pleatur domus mea alii. **an.**  
Domine factum est ut imperasti et  
adhuc locus est. **an.** Dico au-  
tem vobis quod nemo viro-  
rum illorum qui vocati sunt gusta-  
uerunt cenam meam. **Omnia tertia.**

**I**n illo tempore: **Secundum lucam**  
Accesserunt ad Iesum pu-  
blicani et peccatores ut audi-  
ret illi. Et murmurabant pha-  
risei et scribe dicentes. Quia  
hic peccatores recipit et man-  
ducat cum illis. Et reliqua.

**Omelia beati Gregorii pape**  
**A**udistis in lectione euange-  
lica fratres mei quia peccatores  
et publicani accesserunt ad redem-  
ptorem nostrum et non solum ad col-  
loquendum sed etiam ad conue-  
scendum recepti sunt. Quod  
bb



videntes pharisei dedignati  
**Ex q̄ re** **Leō octava.** sūt. **L.**  
colligite q̄z vera iusticia com  
passiones habet: falsa iusticia  
dedignationem. Quis iusti  
soleant recte peccatorib; indig  
nari: sed aliud est quod agit  
typpo supbie: aliud quod zelo  
discipline. Dedignatur ereni  
sed non dedignantur: despe  
rant sed non desperantes. Per  
secutionem comouet sed amā  
tes. Quia et si foris increpa  
tiones p̄ disciplinam exagge  
rant: int̄ aut̄ dulcedine p̄ cha  
ritate seruant. **L.** **Leō nona.**  
**P**reponunt sibi in animo ip  
sos plerumq; quos corrigunt  
meliores existimantes eos q̄z  
quos iudicant. Quod videli  
cet agentes et p̄ disciplinā sub  
ditos et per humilitatem cu  
stodiūt semetip̄os. **Tu.** **Cap.**  
**Pharissimi:** Humiliamini  
sub potenti manu dei vt vos  
exaltet in reuiscitationis oem  
solllicitudinem vestram p̄iciē  
tes in eum qm̄ ip̄i cura est de  
vobis. Deo gratias. **Colla.**  
**P**rotector in te sperantium  
deus sine quo nihil est validū  
nihil sanctum: multiplica sup  
nos misericordiam tuam vt te re  
ctore te duce sic transeamus  
p̄ bona temporalia vt nō amit  
tamus eterna. Per. **Ex euan**  
**gelio añ.** Quis ex vobis ho  
mo qui habet centum oues et

si pdiderit vnā ex illis non  
ne dimittit nonaginta nouem  
in deserto et vadit ad illam q̄  
perierat donec inueniat illam  
alka. añ. Congratulamini mi  
hi qz inueni ouem meā q̄ peri  
erat dicit dominus. añ. Que  
mulier habens dragmas de  
cem: et si pdiderit dragmas  
vnā nonne accendit lucer  
nā et evertit domuz et querit di  
ligēter donec inueniat. añ.  
Dico vob gaudiū ē angel' dci  
sup vno peccatore penitētiā  
agente. **Unica iij.** **Scdm lu.**  
**I**n illo tēpore: d. i. e. d. s.  
Estote misericordes sic  
et pater vester misericors ē. Et  
reliqua. **Omelia vne.** **Bede**  
Noc loco nobis nihil aliud p̄  
cipi existimo nisi vt ea facta q̄  
dubium est quo animo sicut  
meliozem p̄ez interpretemur.  
Qd̄ em̄ scriptū est ex fructib;  
eorum cognosces eos. De ma  
nifestis dictum est que nō pos  
sunt bono animo fieri sic sunt  
stupra vel blasphemie vel fur  
ta vel ebrietates. et si qua sunt  
talīa de quib; nobis iudicare  
permittitur. Tu aut̄. **Le. vij.**  
De genere aut̄ ciborum quia  
possunt bono animo et simpli  
ci corde sine vicio concupiscen  
tie quicunq; humani cibi idit  
ferēter sumi. phibet ap̄s iudi  
cari eos qui carnib; vellebau  
tur et vinum bibebant ab eis